Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

uiue semp inpace nullo adiuncto malo. In nulla causa contendas.
In nulla actione decertare studeas. Contentio contradictione erigit
contentio lites parat. contentio lites gignit. contentio. faces odio
rum accendit. Pacem cordis contentio extinguit. concordiam con
tentio rumpit. Qi casu inimici gratulatur.

Si ceciderit inimicus tuus. non gratuleris; In ruina aduer
sarii. noli extolli. Non lęteris sup inimici tui interitu.
ne sup ueniant inte similia. ne forte conuertat ds abeo inte iram
suam. Qui enim congaudet inimici casu. cito incidit in illum; Sit
magis erga humiliatum humanus affectus. erga deiectum sit con
passionis intuitus. Delectet te dolore sup eum qui adflictus est. Con
dole inalienis calamitatibus saucare fletibus. Inalienis meroribus non sis
durus. non ferreus. non sint tibi dura pr̃cordia; Sic alienam miseriam.
tamquam tuam luge. In alieno dolore luge. intribulatione alterius esto
tristis. Cum plangentibus plange. cum flentibus fle. Cum lugentibus
iment affectum coniunge. Q aut malos habitat.

In omnibus actibus tuis. in omni opere tuo. in omni conuersatione tua.
imitare bonos. emulare scos. habeto ante oculos exempla scorum. Exẽpla
iustorum imitando considera. exẽpla iustorum propone tibi; Sint tibi
patrum exempla. discipline imitamenta. Intende ad bene uiuendũ
documenta iustorum. Intende ad bene operandum uirtutẽ scorum
Nullum uite tue scandalizet infamia. Nullum opinio contristet ad
uersa. Disce bono flagitare preconio. Habeto testimonium bonum.
Custodi bonam famã tuam. nullis fetoribus obscuretur. Nullus lace
retur opinionibus. laceratio enim opinionis bone iacturam facit.

Q gloriã popularem quaerit.

Caue aut gtam populare. Desine iactare te in adulantium ocu
lis. uita admirationẽ uulgi. Non sis circumflatus uento fauo
ris. Contẽne fauores. contemne laudẽ popularis fauoris. Esse magis bo
nus quam uideri stude. Non exquiras siquis te extollat. aut si qs
contemnat. Nec fauor te seducat. nec uituperatio frangat. Qui lau
dẽ non appetit. nec contumeliam sentit. Si contemnis laudem. facile
et uituperationẽ reiciet. Non ideo te bonum existimes. si bonus pre